



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis  
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

**Speranza, Giuseppe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

Digressio de Cogitationibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44265**

appetit, vacuus litigator elaborat: quavis enim nihil de re concupita receperit, habet tamen in corde jam fructum concupiscentiæ, laborem rixæ. Gravi itaque populo premitur, qui instigantis avaritiæ tumultu vastatur.

Alius se tyrannidi superbiam subicit, & cor miserum, dum contra homines erigit, vitio substernit. Honorum sublimis infulas appetit, exaltari successibus exquirat, totumque, quod esse desiderat, sibi apud semetipsum in cogitationibus depingit. Jam quasi tribunali præsidet: jam sibi parere obsequia subjectorum videt: jam cæteris eminet: jam aliis mala irrogat, quæ, itrogaverit, recompenfat. Jam apud semetipsum stipatus cuneis ad publicum procedit: jam quibus obsequiis fulciatur, conspicit, qui tamen hæc cogitans solus repetit: jam alia conculcat, alia subleuat: jam de conculcatis satisfacit odiiis, jam de subleuatis recipit favores. Qui igitur tot phantasmata cordi imprimat, quid aliud iste, quam somnium vigilans videt? Qui ergo tot rerum causas, quas fingit, tolerat, nimirum intrinsecus natas ex desideriis turbas portat.

Alius jam illicita refugit, sed tamen bonis mundi carere pertimescit: concessa tenere appetit: videri inter homines minor erubescit: & curat summo per se ne inops sit in domo, ne despectus in publico. Exquirat quid sibi sufficiat, quid necessitas subjectorum petat, atque ut sufficienter jura patronatus subditis expleat, patronos quærit, quibus ipse famuletur: sed dum his familiariter jungitur, eorum proculdubio causis implicatur, quibus sæpè consentit illicitis, & mala, quæ propter semetipsum non appetit, committit propter alia, quæ non dereliquit. Nam sæpè dum honorem suum in hoc mundo imminui trepidat, ea apud majores personas approbat, quæ per proprium judicium damnat. Is dum sollicitè cogitat, quid patronis debeat, quid subjectis, quid sibi augeat, quid affectibus proficit, quæ sit tanta frequentia turbarum premittitur, quanta curarum importunitate laboratur.

A. Aug. O quæ turba phantasmatum! ô August. qui populi suggestionum!

Sed quid agendum ei, qui hujusmodi populos, turbasque patitur? D. Greg. ad illud Luc. 8. de cæco clamante, & magis clamante: *Jesus præceptor, miserere mei*, et si turba præpediret. Sic, sic, ait, agendum illi, cui turba cogitationum est impedimento. Pergat clamare: *Jesus præceptor, &c.* non cesser, sed clamet, &c.

B. Item in Sap. *Vicit autem turbas (cogitationum) non virtute corporis, sed verbo (Jesu) illum, qui se vexabat (Diabolum) subiecit.* Sap. 18. 12.

### Digressio de Cogitationibus.

C. *Repugnandum malis cogitationibus, nec permittenda mora.*

### PUNCTUM XI.

D. Iustus Hieronymus. Nequissimi hostis est illa vel prima calliditas, & ars doli plena, fatigare cogitationibus rudes animas: & novellis in proposito mentibus soler tam sordidas nonnunquam, & impias cogitationes inferere menti: ut qui tentatur ( dum suum illud putat esse, quod cogitat ) deteriore se per spiritum immundum proposito suo arbitretur effectum, multoque puriorem animum habuisse se credat, cum adhuc res sæculi amaret, propter quod maxime sanctarum Scripturarum studium diligendum est, illuminanda divinis eloquiis anima, & coruscante Dei verbo Diaboli repellendæ sunt tenebræ. Est autem tutissimum, atque perfectum, ut assuecat animus sollicita semper, pervigilique custodia discernere cogitationes suas, & ad primum animi motum vel probare, vel reprobare, quod cogitat: ut vel bonas cogitationes alat, vel statim extinguat malas. Hinc namque est fons boni, & origo peccati, omnisq;

D. Hier. ep. ad Demetriadem.

D. Iustus Hieronymus. Nequissimi hostis est illa vel prima calliditas, & ars doli plena, fatigare cogitationibus rudes animas: & novellis in proposito mentibus soler tam sordidas nonnunquam, & impias cogitationes inferere menti: ut qui tentatur ( dum suum illud putat esse, quod cogitat ) deteriore se per spiritum immundum proposito suo arbitretur effectum, multoque puriorem animum habuisse se credat, cum adhuc res sæculi amaret, propter quod maxime sanctarum Scripturarum studium diligendum est, illuminanda divinis eloquiis anima, & coruscante Dei verbo Diaboli repellendæ sunt tenebræ. Est autem tutissimum, atque perfectum, ut assuecat animus sollicita semper, pervigilique custodia discernere cogitationes suas, & ad primum animi motum vel probare, vel reprobare, quod cogitat: ut vel bonas cogitationes alat, vel statim extinguat malas. Hinc namque est fons boni, & origo peccati, omnisq;

omnisque ingentis delicti in cogitatione principium est, quæ unumquodque opus, velut in quadam cordis tabula, depingit, antequam facit. Ibi ergo maximè oportet observare peccatum, ubi nasci solet, statimque ad primam tentationis repugnare faciem, & malum, antequam crescat, extinguere.

Idem epist. ad  
Enst. virg.

Psal. 138.

Idem est conceptus ad Eustochium: Nolo, inquit, sinas cogitationem crescere, dum parvus est hostis, interfice, ne zizania crescant, elidantur in semine. *Beatus, qui tenebit, & allidet parvulos suos ad petram;* quia enim impossibile est in sensum hominis non irruere innatū medullarum calorem, ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui, ut cœperit cogitare sordida, statim interficit cogitatus, & allidit ad petram: *Petra autem erat Christus.*

1. Cor. 10.

D. Bern. ser. de  
tripl. gen. cogit.

Distinguit Bernardus tria cogitationum genera. Nonnulla inquit, cogitationes sunt penitus otiosæ, & ad rem non pertinentes, quas tam facile abjicere, quam recipere facile possit anima, dummodò sit secum habitans in corde suo, & assistens Dominatori universæ terræ. Sunt & alia cogitationes violentæ maximè, & fortius adherentes, quæ videlicet ad necessitates naturæ pertinent, & quasi ex eodem desumpserint, de quo & nos facti sumus, si paululum insiderint, avelli nequeunt sine læsione, & difficultate: sæpe enim sic afficit nos carnalis cogitatio de cibo, de potu, sive vestimento, ut vix eradicari queant de cordibus nostris: quod non aliunde est, nisi quia & ipsi limosa, atque viscosa quodammodò, limosam nihilominus & glutinosam invenit terram. Quid ergo agendum, cum limosa illa cogitatio mentem subierit? Planè exclamandum cum Sancto Jacob, atque dicendum: *Ruben, primogenitus meus, non crescas, ascendisti enim cubile patris tui.* Ruben enim & carnalis, atque sanguinea huiusmodi concupiscentia est, quæ tunc cubile nostrum ascendit, cum non solum memoriam tangit cogitatione, sed & ipsum voluntatis stratum ingreditur, & polluit pravâ delectatione. Bene autem primogenitus noster dicitur appetitus ille car-

Gen. 49.

nalis, quia ab ipso nimirum initio viæ nostræ in nobis pullulat. Oportet ergo reprimere, quem extinguere non possumus, appetitum, ut quam citò cubile nostrum ingreditur, crescere eum nullatenus patiamur, sed sub nobis sit, sicut dicit Scriptura: *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.*

Jam verò tertium cogitationum genus immundum nimis, ac fœtidum est, quod nec admittere quidem ulla ratione debemus, sed à longè præsentire fœtorem, & tota virtute repellere, toto animo propulsare. lacrymis, atque suspiriis invocare Spiritum Sanctum, ut adjuvet infirmitatem nostram. Sic nimirum confusus abscedens, non tam facile deinceps simile aliquid viriliter resistentibus nobis malignus hostis afferre, vel offerre præsumet.

Sed adhuc optimè de cogitationibus ad fororem: Soror charissima, audi ea, quæ Dominus ait per Isaiam Prophetam: *Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.* Sicut vipera à filiis suis in ventre adhuc positus occiditur: ita nos occidunt cogitationes nostræ intra nos nutritæ; quia consumunt animam nostram veneno viperino. Moneo te, ut cor tuum omni studio custodias, quoniam ibi est

initium boni operis, aut mali, unde scriptum est: *Omni custodia serva cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit.* Audi quid Sponsus in laudibus Ecclesiæ dicat in Cant. Canticorum: *Come capitulum tuum, ut purpura Regis vincis canalibus.* Purpura per fasciculos in canalibus ligatur, super quos dum aqua projicitur, per canales ad vestem, quæ supra est, currit, ut vestis tingatur, & inde nomen accipit, ut tinctorum colore purpureo, purpura vocetur, quæ omnia sanctæ menti congruunt. Comæ quippe capitis sunt cogitationes mentis, quæ in canalibus ligantur, quod in Scripturis divinis, ne inutiliter fluant, stringuntur. Quando titillat mala cogitatio, non sinas eam manere in corde tuo, quæcunque hora venerit, expelle eam. Quam citò apparuerit scorpio, contere caput ejus, contere caput serpentis, id est, mala

cogita-

Idem ser. 29.  
ad soror.

Isai. 1.

Prov. 4.

Cant. 7.

cogitationis. Caput serpentis conteritur, quando ibi culpa emendatur, ubi nascitur.

**A** *sa* cogitationis, inutilis cogitationis. Nichili facit ille inutilem cogitationem.

*Cogitatio inutilis facit damna.*

*Idem in tract. de inuic. domo.* Sic alibi: In initio cogitationis iniquae resistit, & fugiet à te. Cogitatio prava delectationem parit, delectatio consensus, consensus actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitate, necessitas mortem. Dæmonum est malas cogitationes suggerere, nostrum est illic illas expellere: nam in animo nostro eas jacere, nostræ deputatur culpæ; cogitatio enim immunda mentem non inquinat, cum pulsar, nisi cum hanc sibi per delectationem subjugat.

Quid mirum? Damnum, ac periculum non intelligit. Sed audiat Dominum per suum Prophetam comminantem: *Va, qui cogitatis inutile.* D. Hieron. notat in sacra Scriptura, *Va, interitum æternum signate.*

*Mich. 2. D. Hier. in 2. Com. Amos. D. Greg. hom. 9. in Ezech.*

Quod ne cuiquam accidat, quam citius fieri potest, expellendæ sunt malæ cogitationes, cavendæque pro viribus, ne intrent in animum. In Deur. *Cave, ne subrepat tibi impia cogitatio.* Vel à subreptione pro posse cavendum est.

**B** *sa* tam gravis comminatio? Ab inutili, scilicet, cogitatione paulatim deveat ad iniquam cogitationem.

In *sa*. *Cogitationes earum, cogitationes inutiles.* Pagn. *Cogitationes eorum, cogitationes iniqua.* Sept. *Cogitationes eorum, cogitationes de homicidiis.* Incrementum animadvertit, ut creveruat! Ad Babylonem: *Descende in pulvere, & mox quasi per gradum: Sede in terra.*

*Isa. 59. Pagn. Sept.*

At quid obesse potest neglecta aliqua subreptio, vel prava cogitatio? *Fur ingressus est spoliatus, latrunculus foris neglectus, scilicet, & non expulsus, in causa est totius damni, & ruinæ. Venerunt latrones, & fecerunt sibi viam per me.* Ubi Gregor. Latro insidians, cogitatio prava, cui mens per consensum blanditur, omnes animæ divitias, omnes virtutes diripit, viamque omnibus vitiis aperit.

**C** *De radice colubri egreditur regulus, & semina eius absorbens volucrem.* Hoc est, de mala cogitatione malus consensus, & quod inde sequitur malum opus, absorbens, ac interimens animas, quæ antea virtutum pennis in sublime feriebantur.

*Isa. 14.*

*Ante ruinam mala cogitatio.* Non agreditur infernalis hostis nudata fronte, sed ex insidiis, & proditoriè.

Secundum Septuaginta Interpret. in Eccl. Quia non fit contradictio ab his, qui faciunt malum cito, ideo repletum est cor filiorum hominum in impijs, ut faciant mala.

*Eccl. 8. Sept.*

*Proov. 16.* *Sext. Iul.* In Proov. *Qui confidit in cogitationibus, ut apud se dicat, ulterius non transibunt, solum vanæ sunt, &c.) impiè agit (in præsecuti.)* Græc. *impiè agit (in futuro.)* Idcirco non permittenda mora cogitationum. Etsi per subreptionem, vel nolentem ex conditione naturæ, etsi per immisionem per Angelos malos in mentem veniant malæ cogitationes, mora tamen nulla toleranda est. Disputans August. de immissa prima illa cogitatione per calliditatem serpentis in mentem *Beæ, inquit: Nostrorum non esse visis non tangi, sed liberum esse ingestam cogitationem, ac sensum respicere, aut visis affici, & cogitationi consensus præbere: debuit Eva non consentire, etsi non potuerit non sentire; illud veritum est, istud nequam.*

**D** In Proov. *Qui confidit in cogitationibus, ut apud se dicat, ulterius non transibunt, solum vanæ sunt, &c.) impiè agit (in præsecuti.)* Græc. *impiè agit (in futuro.)*

*Proov. 12. Græc.*

*En damnum vanæ cogitationis, curio- speranza Scripturæ selecta.*

**E** Idcirco non permittenda mora cogitationum. Etsi per subreptionem, vel nolentem ex conditione naturæ, etsi per immisionem per Angelos malos in mentem veniant malæ cogitationes, mora tamen nulla toleranda est. Disputans August. de immissa prima illa cogitatione per calliditatem serpentis in mentem *Beæ, inquit: Nostrorum non esse visis non tangi, sed liberum esse ingestam cogitationem, ac sensum respicere, aut visis affici, & cogitationi consensus præbere: debuit Eva non consentire, etsi non potuerit non sentire; illud veritum est, istud nequam.*

*Cogitationes extemplo abijciendæ. D. Aug. 3. de lib. arb. 2. Gen. 3.*

In cuius rei allegoriam permissum erat **G** Judæis,

*Num. 18. D. 11. 7.*

*Idem in tract. de inuic. domo.*

*Deut. 15.*

*Os. 7.*

*Job. 19.*

*Proov. 16.*

*Sext. Iul.*

*Cogitationibus languentibus dæmon insidians perdit, quos aperitis congressibus deicere non potest.*

Judeis, ut gentes eorum fines transirent, non tamen ut intra fines morarentur. Sic & connubia cum alienigenis fuerant illis interdicta. Connubium cum peccato inquit, qui in mente patitur morari cogitationem, unde plurimi malorum operum nascuntur filii.

Psal. 110.

In matutino (D. Hieron. id est, statim) interficiebam omnes peccatores terra, scilicet, cogitationes, quæ ad peccata nos provocant, de quibus Salvator: De corde exeunt cogitationes mala, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemia. Hæc sunt peccatores, hoc est, quæ nos faciunt peccatores, quæque de civitate nostra mentis statim disperdere debemus.

Matth. 15.

In matutino, tempestivè, statim eliminandæ, exterminandæque malæ cogitationes. Sic Camp. in Paraph. Ut exterminentur de civitate Domini, hoc est, ut extra terminos agantur, nec permittantur intra terminos commorari.

Camp.

Num. 8.

D. Greg. 5.

Mor. 23.

Huc facit, quod observat Greg. Dominum præcepit Levitis, ut raderent pilos, non ut evellerent. Quo daretur intelligi, superfluas cogitationes amputandas quidem esse, funditus tamen evelli non posse, quia semper caro superflua generat, quæ semper spiritus ferro sollicitudinis præcidat; unde statim ac nascitur mala cogitatio, est adhibenda novacula; nec permittendum, ut pili excreverint.

Jerem. 4.

D. Greg. 27.

Mor. 19.

Dolet Dominus per os Prophetæ, non quoddam in mentem veniant malæ cogitationes, sed quoddam morentur: Vique quomodo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Ubi Greg. non reprehendit, cur veniant, sed cur morentur: etenim in bona corda cogitationes illicite veniunt, sed morari prohibentur. Stulti nempe eas abicere nesciunt.

Ecccl. 33. 5a.

Unde in Ecccl. dicitur: Præcordia ferri quasi rota carri, & quasi axis versatilis cogitatus illius. Rem quippe cogitat, ac recogitat, eandemque centies, ac millies in mente revolvit. Et quasi axis versatilis cogitatus illius.

Mich. 2.

Rup. ibid.

Quid mirum, quoddam in opus erumpant? Va, qui coit in inutile. Operamini malum in cubilibus vestris. Malum in cubilibus suis operantur, inquit Rup. qui ejusmodi sunt, ut non ab aliquo inducantur, sed

proprio de corde malum confingant. Dixitque Ieroboam in corde suo, &c. Cogitant ergo, & in cogitationibus morantur. Quid inde? In luce matutina faciunt illud, id est, cogitationes morosæ nocturnæ ipso mane in opus erumpunt.

Applicaverunt quasi clibannum cor suum.

Osee 7.

Quid mirum? Cæperunt futere à vino, hoc est, fomitem admiserunt luxuriæ. Sic Rup. & Haymo: malis cogitationibus nimirum succenderunt cor suum ad instar clibani. Totâ nocte dormivit (pistor Inferni quasi securus,) coquens eos, jam igne malæ cogitationis immisso, mane ipse succensus, quasi ignis flammæ. O quâ verum! Voluit ille, ac revolvit in mente turpia, libidinis calore inflammatur, in matutino autem opus nefarium perficit. Applicaverunt, &c. Hebr. Applicaverunt ad malè cogitandum.

Rup. &amp; Haym. ibid.

Hebr.

Chrystost. ad illa verba Matth. 5. Audistis, quia dictum est antiquis: Non mechaberis. Qui studet, inquit, elegantes facies inspicere, ipse præcipue sibi fornacem istius passionis accendit, & captivam faciens animam, ad opus quoque celeriter adducit, propterea non dixit: Qui concupivit ad adulterandum; sed, Qui viderit ad concupiscendum.

D. Chryst. hom. 17. in Matth.

D. Greg. More ignis libido succenditur, & si negligenter extinguatur, adiacēs stipula velociter inflammatur. Dispergatur: ergo ignis: in frustra concidatur Agag, (quod est medians, phantasmata nimirum lasciviar,) & custodiatur mens, ut immundas cogitationes dispergant: ne unam alteri adhærere permittat: quia cum agere nō possit, ut innoxia nunquam cogitet, agat quod potest, ut statim cogitationem ejiciat: sic quasi ignem maximum in carbones singulos, & velociter dividit, & celeriter extinguit, si omnes cogitationum flammæ sic separat, ut conjungi in mente, neque per negligentiam, neque per desiderium sinat.

D. Greg. in 3. Reg. 15.

Hebr.

Ut calliditate sua huc benè pervenit Pharaon, dum mares Hebræorum vix natos suffocare curavit! Prævidebat nimirum, bellum sibi in eundem non cum infantibus divisum, sed cum tot futuris viris bellicosis. Suffocemus, quorquor nascun-

Exod. 1.

nascuntur mares, inquit Pharao, nec adolere sinamus. Sic, sic & nobis mysticè, sanctèque faciendum, quod impiè ille facere cogitavit: dum parvi sunt motus, &c.

1. Reg. 14.  
D. Greg.

Hoc idem Gregor. ad illa verba: *Pepercit autem Saul optimis gregibus & armentis.* Cogitationes, libidinum greges, & armenta dicuntur, quia & innumera sunt, & de contemplatione immunditiæ in reprobo corde pascuntur. *Nec voluerunt disperdere ea.* q. d. possent disperdere, si voluissent: nam nihil facilius, quam libido vincitur, si omnis immunda cogitatio devitetur, tantòque facilius deperdi potest, quantò unusquisque cogitare alia, quam carnis oblectamenta, potest, quia enim duas simul res imaginari non possumus, dum quicquid est aliud cogitamus, cogitare immunda non possumus. Celer ergo, & facilis victoria libidinis est, circumspectio cogitationis, &c.

Cogitationes  
serpes repellendi  
modis facilius.

Exod. 1.  
D. Bern. serm.  
24. par.

Nimis certe elaborat hostis noster, ut malas ingerat cogitationes. D. Bernard. ad illa verba Exod. *Producebant vitam eorum operibus duris luti, & lateris.* Sub jugo Pharaonis, ait, sunt luti opera, id est, dissoluta, & sordida: ab ipso dantur paleæ, id est, leves cogitationes. Palearum est leviter accendi, & in momento consumi: sic & malæ cogitationes à Diabolo immixtæ citò in mentibus nostris accenduntur, carnis mollitiæ consentiente: sed si viriliter studeamus resistere, Deo juvante, protinus extinguuntur. Paleis accensis coquebatur lutum, & solidabatur in lateres: & pravæ cogitationes, quæ sunt lutum, paleis delectationis accenduntur, quæ cum transiunt in actum, tunc coquuntur: cum verò ducuntur in consuetudinem, tunc solidantur.

Gen. 3.  
D. Greg. 21.  
Mor. 2. g.

D. Gregor. ad id, quod serpenti dictum est: *Pectore, & ventre repes.* Serpens, ait, pectore repit, quando eos, quos in opere luxuriæ non valet, polluit in cogitatione. Qui verò luxuriam actione perpetrat, huic serpens repit ex ventre. Ubi connectio notanda est, pectore, & ventre: nam quisquis immundus repit pectore, mox repit & ventre.

Ecc. 10.  
Hebr.

Hinc malæ cogitationes, *Musca morientes*, vel *musca moritura*, aut *musca mortua* dicuntur; nimirum ab effectu, quod mortem inferant, nisi sedulo abigantur: si enim mala cogitatio animo infuderit ad aliquam moram, citò aculeum insigit, & sanguinem elicit, id est, ad consensum, vitillante delectatione, pertrahit, &c.

Huc spectat Origenis observatio de filiis Israël, qui postquam obtinuerunt civitates Amorrhæorum, accesserunt vitam, quæ dicit Basan. Sed ad Regem Basan, inquit Orig. neque Legatos mittere dignantur, neque perere ab eo, ut per terram ejus liceat transire; sed còtinuò confligunt cum eo, & superant tam ipsum, quam populum ejus. Basan interpretatur turpido. Merito ergo nec Legati mittuntur ad istam gentem, nec transitus poscitur: nullus enim transitus nobis debet esse ad turpitudinem, sed ab initio statim expugnanda: *Ut non relinquatis*, ait, *ex eo viventem.* Nullum ergo à filiis Israël oportet relinqui in regno turpitudinis viventem.

Orig. hom. 13.  
in Num.

Hebr.

Hoc olim in figura ab ipso Deo peractum est: nam *Videns Deus, quod multa malitia crevisset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, Delebo*, inquit, &c. Ubi Chrysof. Magna horum verborum emphasis. Non dicit, aliqua cogitatio, ut diverterent quandoque ad bonum, sed cuncta cogitatio; & cordis, inquit, cogitatio q. d. non ex surreptione, sed ex corde cogitabant, & hoc omni tempore, id est, per singulas horas, in hoc studium suum collocebant, nec semel, & iterum, vel fortuitò, sed omni tempore. Quid autem post has cogitationes? *Omni caro corruperat viam suam.* O quot his per-

Gen. 6.

D. Chrysof.  
Cogitationes  
intente ad ma-  
lum toti mun-  
do exitium  
attulerunt.

similes, qui omnem cogitationem cum omni advertentia intentam habent ad malum, omni tempore! Per singulas etenim horas turpem illam cogitationem admittunt, eandem volunt, revolvunt, &c. Quid igitur agendum? Nullum oportet relinqui in regno turpitudinis viventem, aquis sacrarum Scripturarum carnales hæ omnes suffocandæ sunt cogitationes.

Rem igitur paucis perstringamus, subito rejiciendam malam cogitationem, nec

Adrian. 4. q. de Euchar. 9. P. tr. lac. in resp. a. 4. Cajet. in 1. v. u. Delect. Sylu. Ang. Tabien. Armil. v. Delectat. Navar. in Mar. c. 11. num. 12. Alex. p. 2. q. 118. D. Th. 1. 2. q. 74 n. 8. D. Bonav. 2. d. 24. p. 2. Ric. ead. d. v. 4. Ior. de discret. p. ec. l. 8. I. sig. 1. 2. a. 108. I. cor. p. 1. l. 4. o. 6. D. Aug. 12. Te. Trin. c. 12.

Psal. 17.

Cogitationes omnino expellenda fugasse nec satis est.

in ea morandum. Senserunt aliqui, tum Theologi, Adrian. & Cajetan. tum Summysta, Sylv. Aug. Tabien. Armil. Navar. hominem non teneri ad repellendam malam cogitationem, si adsit periculum consensus in eam; sed posse eandem pati, ac tolerare in mente, ut quid naturale, etiam cum advertentia ejusdem cogitationis. Opinioni huic tanquam animarum offendiculo, multo plures, gravesque Theologi adversantur, Alex. Aleaf. D. Thom. C. Bonavent. Richard Petrus Sotus, Greg. de Val. Vasquez, Azor. & alii, communiter tenentes, quemlibet obligari, vel citra periculum consensus, ad expellendam malam cogitationem, nec fas esse cum advertentia immorari in cogitatione rei ex genere malae, & praesertim venerae: Ea namque connexio est, ut ait D. Thom. voluntati cum appetitu sensitivo, ut naturaliter in ipsa sequatur appetitus, delectatio, & inclinatio ex delectatione circa eadem, nisi voluntas repugnet, & obsistat. Quare eo ipso, quod non repugnat, cum possit, & advertat, delectationi consentit, ac proinde peccat: cogitatio enim, & delectatio consurgens est, ut supponimus, de objecto moraliter malo. Clare id asserit August. Cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens esse faciendam, tenens tamen, ac volvens libenter, quae statim, ut attingunt animum, respui debuerunt, negandum non est, esse peccatum. Cum his ergo tenendum Authoribus, non autem cum illis, ex quorum opinione magnus pateret aditus libidini, si nulla esset obligatio respiciendi illicitam cogitationem, sed in ea, vel cum advertentia, immorari liceret.

Expellendae sunt igitur malae cogitationes, quas eo usque expellere debemus, quousque penitus, penitusque discedant. Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non converterar, donec deficiant. Nonnulli enim, dum perfecte cogitationes non expellant a finibus animi, sed sat esse putant in fugam vertisse, opinantes esse, & nullo impellente, exituras a finibus, ab immorantibus, vel revertentibus sauciantur, Non converterar, donec deficiant.

**A** Bonum his remedium ex Prophetâ Psal. 34. Cum mihi molesti essent, induebar cilicio, humiliabam in jejuniis animam meam. Pagnin. Invocabam nomen Domini mei (Jesu.) Pagn.

Bonum, mox subortam malam cogitationem signo Crucis, veluti titione, fugare, nec ei ullo modo blandiri, aut mortem permittere.

O quam id bonum fuisset illi in Vitis Patrum, inanem videlicet primum su, eribiz cogitatuunculam respuere, & postea in subsecutâ luxuriae cogitatione non immerari! Quidam Monachus fuit, qui in eremo, quae praeter ceteris interior erat, habitabat. Hic dum plures annos in abstinentiâ perdurasset, & proventus tempore propè jam ad senilem venisset aetatem, omni virtutis flore adornatus, ac totius continentiae magnitudine sublimatus, cum in orationibus, & hymnis sedulè Deo deserviret, tanquam emerito militi suo Dominus remunerationes parat, utpote qui in corpore adhuc positus, in corpore vitæ officii fungeret, ad instar Angelorum, qui dignum judicanturannonam caelestem praebere ei in deserto, qui caelestem Regem pervigiliis praestolabatur exerebus. Volens ergo Deus etiam in hoc seculo remunerare ejus fidele propositum, ad providentiae suae sollicitudinem ejus quotidiani victus revocaturam. Ut enim cibi usum poposcesset naturae necessitas, ingrediens speluncam suam inveniebat mentis panem superpositum mirae suae virtutis, mirisque candoris, ex quo refectus, & gratias divinae praestantiae referens, rursus ad hymnos, & orationes convertebatur. Ad quem multae etiam revelationes, multaeque de futuris rebus à Deo praemonitiones fiebant. In his ergo talibus, ac tantis profectibus positus, quia gloriam quasi de meritis suis cepit, & caelestis beneficii munus, vitæ suae meritum duxit, continuo subintrat eum parva quaedam desidia animi, tam parva, quam nec posset advertere: Posthac crevit major negligentia, ita ut tardior jam fieret ad hymnos, sed & ad orationem pigrius surgeret: psalmi quoque ipsi non ea quae prius, vigilantia ab ipso canerentur. Sed ubi parum

Palae. c. 26. Et Ruffin. apud Rosney. dum, l. 2.

Vnde lapsus cepit.

parum quid exhibitam fuisse soliti ministerii, anima ejus quasi nimio labore fatigata, & impedita requiescere festinabat: quia sensus ejus reprobus effectus, de superioribus ad inferiora corruerat, & cogitationes suae per diversa eum praecipitia rapiabant. Erat enim jam in corde ejus clandestina quaedam, & turpis, ac nefanda cogitatio: consuetudo tamen prior, veluti si decursus aquae, etiam cessante remigio, adhuc ex priore impetu navigium ferat, ita verus iustitiae ad consuetam hominem officia trahebat, ob quam causam, & stare adhuc in suo statu videbatur. Hic ergo cum post orationes cibum solitè requisisset ad vespèram, ingressus eum locum, in quo refici consueverat, invenit solitè panem mensae superpositum, ex quo refectus, nihil de eorum, quae in corde suo versabatur, emendatione curavit, neque immutationis suae damna persensit, & spernentem se minima paulatim casurum non intellexit.

Interea cum gravi jam libidinibus incendio stimularetur, inflammatus turpi concupiscentiâ raperetur rursus ad saeculum, illà interim die cohibuit se, & solita hymnorum, & orationum ministeria ex more, persolvit, atque ingressus ubi cibum sumeret, panem quidem invenit mensae superpositum, sed aliquantulò sordidiorum. Admiratus est, & tristis effectus, intellexit enim, quòd ipsum respiceret hoc genus monstris; tamen cibo sumpto refectus est. Die tertio triplicatis urgeri stimulis coepit, occupaverit enim cogitationes ejus quasi jam praesentis, & secum positae, secumque accumbentis imago mulieris, quam & complecti sibi videbatur, & ad turpes usus habere substratam. Procedens tamen & sequenti die ad solita psallendi, & orandi officia stabat vagus oculis, & mente captivus. Cumque solitè ingressus ad vespèram requireret cibum, panem quidem invenit super mensam, sed sordidissimum, atque aridissimum, & quasi à muribus, & canibus undique corrosam. Tunc ille, ut hoc vidit, ingemuit, & lacrymas sudit, sed non ita ex corde, nec ita uberes, quae possent flammam tanti ignis extinguere. Verum-

A tamen sumit cibum, sed neque quantum volebat, neque qualè solebat, cum interim cogitationes eum, tanquam cohors barbarica, undique circumvallant, & omni ex parte in eum tela jaculantur, ac vitium, captivumque eum ad saeculum retrahunt. Exurgens ergo coepit iter agere noctu per eremum, & tendere ad civitatem &c.

B O historiam terroris plenam! Verè, verè Contritionem praecedit superbia, & ante ruinam mala cogitatio.

Proverb. 16. juxta Sep.

Mala cogitationes detegenda.

PUNCTVM XII.

C **M**alignus, inquit Salomon, nocet, cum se commiscuerit iusto, id est, Diabolus decipit (ita exponit Cassianus) cum fuerit colore sanctitatis obrectus. Subdit: Odit autem sonum iustela, id est, discretio- nis vim, quae de seniorum verbis, ac monitione procedit.

Prov. 11. secundum Sep. Cass. coll. 1. c. 20.

Job. de Diabolo: Sub umbrâ dormit in secreto calami. Cajet. In secreto pravitarum cogitationum.

Job. 40. Cajet.

D Item in Eccl. secundum Sept. Si memoraverit serpens non in sibilo, non est abundantia incantatori. Cass. Id est, si per confessionem suggestio, seu cogitatio diabolica incantatori cuiquam, spirituali scilicet viro, qui carminibus Scripturarum mederi pro- tinus vulneri, & extrahere de corde consueverit noxia venena serpentis, patefacta non fuerint, succurrere periclitanti, perituròve non poterit.

Eccl. 10. Sept. Cass. coll. 2. c. 11

E Idem in Coll. Abbatis Serapionis de marcore patefactarum cogitationum, & de periculo propriae confidentiae, exemplum illud adfert adolescentis illius, inter Monachos, à quo exactor gulae quotidie, vice laterum, paxamacii furtum exigebat, in quo postea interius tantopere cruciabatur, qui cum adfuisse collationi illi, in qua Sanctus Abbas de occultarum cogitationum dominatione disse-ruit, earumque naturam, & atrocissimam

Idem.

Quid morosa cogitationes affecerint.

Quanta sit via bona consuetudinis.

Progressus morosa cogitationis.



vim, quam haberent, donec celarentur, exposuit, (sunt hæc verba Cassiani notanda) collationis illius virtute compunctus, tentationem detexit. Mirabile dictum! Ita est, inquit, juvenis, in me confessionis hujus virtute dominatio illius tyrannidis extincta, atque in perpetuum consopita, ut nunquam mihi ne memoriam quidem concupiscentiæ hujus ulterius tentaverit inimicus ingerere, nec me posthæc aliquando pulsatum furtivi illius desiderii instigatione perleserim.

Apud Rosney  
dum l. 3. n. 57.

In Vitis Patrum: Quidam frater impugnabatur à spiritu blasphemiae, & erubescere dicebat, & quoviscunque audisset magnos senes, pergerebat ad eos, ut illis declararet, sed mox cum pervenisset, iterum recundabatur illis dicere. Cum ergo frequenter ad Abbatem Poëmenem veniret, vidit eum senex habentem cogitationes, & dixit ei: Ecce frequenter venis ad me, habens cogitationes, & sic iterum remeas tristis, tecum illas reportans. Dic ergo mihi, fili, quid habes? At ille dixit: In blasphemiâ impugnat me Diabolus, & erubescere dicebat. Et mox ut aperuit causam, levior impugnatione ejus apparuit. Et dixit ei senex: Non contristeris, fili. Quando hæc cogitatio ad te venit, dic: Ego causam non habeo, blasphemiam tuam super te sit, Satana, hanc enim causam anima mea non vult. Quamcunque autem causam anima non voluerit, non diu permanebit, & ira sanus factus frater ille discessit.

Apud eundem  
l. 5. n. 13.

Item: Alius frater stimulatus est à fornicatione, & surgens nocte perrexit ad senem, & dixit ei cogitationem suam, & consolatus est eum senex. Ex quâ consolatione proficiens, reversus est in cellam suam. Et ecce iterum spiritus fornicationis tentavit eum. Ille autem iterum abiit ad senem. Factum est autem hoc frequenter. Senex verò non contristavit eum, sed loquebatur ei, quæ ad utilitatem ipsius pertinent, dicens: Non concedas Diabolo, nec relaxes animum tuum, sed magis quoties molestus est Dæmon, veni ad me, & inexpectas abscedit, Nihil enim sic exte diat Dæmonem fornicationis, quomodo si revelentur stimulat

nes ejus. Et nihil eum sanctificat, quomodo si abscondantur cogitationes. Venit ergo Frater ad senem undecies accusans cogitationes suas, & tandem quicquid stimulus fornicationis ab eo.

Vade ergo, vade, & offende Sacerdoti, ut Deus jufferat, vestidiflura, & detecto capite, hoc est, ita ut cor (sic dixerim) intueatur, ut omnes cogitationes intelligat, ut etiam, antequam ad eum pervenias (ad id id placet Deo,) quandoque munderis.

Matth. 8.  
Levit. 23.

Cogitationes examinanda.

PUNCTVM XIII.

CUM tria nostrarum cogitationum possunt esse principia, ut inquit Cassianus, nimirum, ex Deo, ex Diabolo & ex nobis, oportet nos jugiter observare, & sagaci discretionem discerere origines earum, & causas, & auctores, ut quales nos eis præbere debeamus, ex illorum merito, qui eas suggerunt, considerare possimus, ut efficiamur, secundum præceptum Domini, probabiles trapezitæ, quorum summa peritia est, ac disciplina probare, quodnam sit aurum purissimum, & ut vulgò dicitur, obrizum, quòdve sit ignis purgatione minus excoctum, æreo quoque, vilique denario si pretiosum numisma sub colore fulgentis auri imitetur prudentissima discretionem non falli, & non solum numismata Tyrannorum vultum exprimentia sapienter agnoscere, sed etiam illa, quæ sunt veri quidem Regis imagine, sed non legitime figurata, peritia sagacior discernere, deinde, ne quid illis à legitimo pondere diminutum sit, censurâ trutinæ diligenter inquirere, &c.

Erunt ergo probabiles trapezitæ, si Idem c. 22. quicquid agendum cogitatio nostra sagasserit, omni scrupulo retractantes, atque in nostri pectoris trutinâ collocantes, æquilibratione justissimâ perpendamus, an plenum sit honestate communi,

an Dei timore sit grave, an integrum sensu, an humana ostentatione, aut aliqua novitatis præsumptione sit leve, si meriti ejus pondus inanis imminuerit, vel arroserit gloria, & sic ea protinus ad examen publicum trutinantes, id est, ad Prophetarum, & Apostolorum testimonia conferentes, vel tanquam integra, atque perfecta, illisque collibrantia suspiciamus, vel tanquam imperfecta, atque damnosa, nec illorum pondenti consonantia, omni diligentia refutemus.

Sit nobis exemplo Sanctissima Virgo. Nonne hæc subtilissima trutinã cogitationes perpendit? Audiamus Evangelicam: *Et cogitabat, quæsit esset ista salutaris.* Cogitabat utrum divina, an à Dæmone, inquit Euthym. licet cogitasse potius dicenda sit ex profundissima humilitatis sensu, cum lucis Angelum purissimis, ut solebat, oculis mox cognoverit.

*Virus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio accipit, & pertingens usque ad divisionem animæ, ac spiritus, compagum quoque, ac medullarum, ac disoretior cogitationum, &c.*

*Sume tibi gladium vadentem pilos, & c. pone in statera, &c.*

Ad examen cogitationum, ac spirituum, facit illud Josue qui viso splendidissimo vultu Angeli, adhuc quærit: *Noster es, an adversariorum?* Sic, sic examinandæ cogitationes, an sint carnis, an spiritus, &c. Nostra es, an deorsum?

*Quod possumus bonas habere cogitationes & qualiter.*

PUNCTUM XIV.

**E**xercitium cordis, ait Cass. non incongruè molarum similitudini comparatur, quæ nullatenus quidem cessare possunt ab opere suo aquarum impulsibus circumactæ, in ejus verò, qui præest, situm est potestate, utrumnam triticum malit, an hordeum, loliumve comminui. Ita & mens vacua cogitationum actibus

**A** esse non potest: quales verò vel admittere, vel parare sibi debeat, studii, ac diligentie suæ providebit industriã. Si enim ad sanctarum Scripturarum meditationem retrahamur, ac memoriam nostram ad recordationem spiritualium rerum, & desiderium perfectionis. Spemque futuræ beatitudinis erigamus, necesse est, ut ortæ cogitationes exinde spirituales in his, quæ meditari sumus, mentem faciant **B** immorari: sin verò desidio, seu negligentia superati, vitiis, & otiosis confabulationibus occupemur, seu curis mundanis, & superfluis sollicitudinibus implicemur, consequenter exinde, velut quædam zizaniorum species generata, operationem quoque nostro cordi noxiam ministrabit.

Theologorum sententia est, Dæmonem non posse ad malum cogere voluntatem, nec ad malam cogitationem intellectum, imò nec immediatè movere, sed esse in potestate hominis, dum sancta aliqua detinetur cogitatione, pro illo tunc aliam non recipere, sique non posse Dæmonem intellectum aliquid cogitantem cogere eodem tempore ad aliud cogitandum, cum simul diversa cogitare non possit, ut probat D. Thom. Et cum voluntas præcipere possit intellectui, ut sese in bonâ cogitatione occupet, non poterit tunc temporis Dæmon ab imperio voluntatis intellectum subducere, ac distrahere. Quod si importunæ cogitationes subreperint, vel violenter immittæ fuerint, cum orationem præveniant, & voluntariæ non sint, demeritum nullum habent. Unde est, quod voluntas ratione admonita potest intellectui præcipere, ut subortam, vel immensam cogitationem respuat. **E**

Quod præsentia Dei multum valeat ad distractas cogitationes in unum colligendas, affirmat S. Basilius, qui interrogatus, cujus animus temerè evagetur, otioque se det: quis frequenter irascitur, quis humanas laudes avidè capter, quis ad opera spiritualia piger sit, quis actiones suas ad Dei gloriam non referat, quis inter orandum mente semper trahitur, ad hæc singula hoc unum respon-

*D. Th. p. 1.*

*q. 111. a. 1.*

*Gabr. 2. sen.*

*d. 8. q. 2.*

*Dæmon nec*

*voluntatem,*

*neque intelle-*

*ctum ad ma-*

*lum volendum*

*cogitandumq;*

*cogere potest.*

*D. Bas. in Reg.*

*Dei præsentia præsentiam animi inter orandum generat.*

*Luc. 1.*

*Hebr. 4.*

*Ezech. 5.*

*Jos. 5.*

*Cass. l. 8. cor. 18.*

respondit: Qui non semper cogitat, A  
Deum cogitationum, & actionum suarum inspectorem esse: hæc enim una recordatio, si assidua esset, contra omnia vitia sufficiens remedium esse posset. Hæc ille.

*Psal. 18.*

*Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.* Hoc est, quidquid corde (quod tu solus intueris) cogito, æmeditor, semper in conspectu tuo & cogitatio, & meditor: sicque omnis cogitatio cordis mei ea est, quæ semper tibi præsentari possit.

Satis potens est hæc cogitatio ad cogitationes recolligendas, Deum nosse omnes cogitationes. *Et quisd cogitatis mala in cordibus vestris? Alibi: Vestri capilli capitis omnes numerati sunt.*

*Math. 7.]*

*Exech. 5.]*

Partem æqualem capillorum pones in statera, &c. Quomodo id fieri potest ab homine, sed utique à Deo, qui numerat omnes cogitationes?

*Psal. 7.*

*1. Reg. 16.*

*Servans corda, & renes Deus. Deus autem intuetur cor.*

*D. Ambr.*

Si Sol sua virtute, suisque radiis vel abditissima, & profundissima penetrat, ut dicit D. Ambrosius, oculi Domini lucidiores Sole in omnes cordis recessus non pertingent?

*Psal. 138.*

O quam utilis hæc consideratio! Deus me videt, Deus novit cogitationes meas, vel de longè (pondera,) &c.

*Apoc. 1.*

Ad hæc: Cor castum castas solet habere cogitationes. Ille, qui in Apoc. erat præcinctus ad mamillas zona aurea, habebat caput album, sicut lana munda, sicut nix. Duo hic, vel tria breviter notanda. Primum, nunc Angelum aperuisse ad mamillas præcinctum, qui olim ad renes solum præcinctus apparuit: quia nunc, ait Ric. vel ipsæ cogitationes illicitæ manifestè refrænantur; qui enim non inquinamentum carnis, quod veteri Testamento jam fuerat interdictum, sed inquinamentum spiritus, quod in novo arctius est prohibitum, restringere veniebat, non ad renes, sed ad mamillas præcinctus debuit apparere. Sic Hugo Cardin. Ansher. & Glossa. Secundum, zanam auream præcingere pectus: nullum

*Cur zonâ aureâ præcinctus.*

est enim aliud vinculum, quod strictius conservet castitatem, quam zona charitatis, & amoris Dei. Honor enim mundi non valet aded constringere, ut quandoque zona castitatis non dissolvatur: timor item non sufficit, sanctas non iterat: solus Dei amor constringet renes, & propter hunc eundem amorem nunc multi se continent, ubi olim perpauci se continebant. Demum notandum, cum pectore, mamillisque præcinctis esse caput (cogitationum) album, velut lana munda: quia nimirum cor castum castas solet habere cogitationes.

Hoc idem in Cant. ubi laudantur mamillæ sponsæ, & cum laudibus mamillarum jungitur laus crinium: *Vulnerasti cor meum in uno crine collis tui;* hoc est, in tuis sanctis cogitationibus. Et quid mirum? Mox subdit quasi rei causam: *Quam pulchra sunt mamma tua!* Mammæ sunt in pectore, hospicio cordis: ubi purum est cor, puræ sunt & cogitationes.

*Cant. 4.*

*De corde (carnali) exeunt cogitationes mala, adulteria, &c.*

Ex puritate, & sanctitate cogitationum fit, ut anima tota sit sancta. In Cant. enumeratis sub diversis membrorum metaphoris, virtutibus Sponsa subditur: *Et cornu capitis tui sicut purpura Regis.* Ubi particula, &, ut alias in Scriptura, causalis est: q. d. perfectiones, quas de te perstraxi, ò Sponsa, idcirco habes, quia comæ, hoc est, cogitationes capitis tui sunt sicut purpura Regis, &c.

*Math. 10.]*

*Cant. 7.*

In 2. Reg. tantoperè commendatur pulchritudo Absalonis, ut in Israël nullus pulchrior: *A planta pedis usque ad verticem non erat in eo macula.* In qua significatur, animam, quæ pulchras, bonas, sanctasque habet cogitationes, in reliquis sanctam esse, habet enim fundamentum sanctitatis, &c.

*2. Reg. 14.*

Quam

Quam Deus capiatur bonis cogitationibus.

PUNCTVM XV.

Cant. 7.  
Sept.  
Vatab.  
Ambros.  
Sept.

**C**oma capitis tui. Sept. & tres Patres in catena, Plexus, vel nexus capitis tui. Vatab. Subtilis evaporatio capitis tui. Ambros. Ornatus tuus, sicut purpura Regis, vincula canalibus. Sept. Ligati in canalibus, vel Rex ligatus in ei. Mira sanè pulchritudinis sanctarum cogitationum exaggeratio, ut Rex Regum eadem capiatur, irretiatur, ac vincatur. Plexus tuus, cogitationes tuæ ligatæ, non diffuentes, nexus tuus, nec est cor meum, subtilis evaporatio capitis tui, non crassæ, concretæque cogitationes me Deum ligant: ornatus iste tuus cor meum capit, me totum irretit. Felices animæ, quæ sanctis cogitationibus Deum ligant!

Cant. 7.  
Alti.

Coma capitis tui sicut purpura Regis. Alti: Sicut purpura vorax: Epitheton apud Homerum non insolitum purpuræ voracis, quod reliquos nimirum colores juxta se positos vincens quasi vorat: id est, cogitationes tuæ, ô anima; charitate purpureæ reliquas virtutes vorant Cardinales, Morales, &c. Quam totum hoc verum de sacratissima Virgine, cujus comæ, id est, cogitationes, Regem Regum ligant! Hæ certè voraces, quæ reliquorum Sanctorum virtutes vorant.

Cant. 4.  
Chiff. ibid.

Nec solum sanctæ cogitationes Deum ligant, sed (ô vim sanctarum cogitationum, quinimodò sanctæ solius cogitationis!) Deum excordant: *Vulnerasti cor meum, (iterum dico,) in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui.* Sept. Excordasti me in uno crine colli tui, hoc est, cogitatione illa sancta cor mihi furtivisti: nec solum tuis me fateor irretitum, ac illaqueatum cogitationibus, sed etiam excordatum, & vel una sola me excordat; *Vulnerasti cor meum, excordasti cor* *Speranza Scripture, selecta.*

Sept.

**A** meum iterum dico, ne ineditibile existimetur, in uno (vel solo) crine colli tui.

Hoc & David: *Cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquia cogitationis diem festum agent tibi.* Non solum cogitatio, sed vel reliquæ bonæ cogitationis, &c.

Hæc mysticè spectat, quod de Samsonè legitur, fortitudinem scilicet ejus non in brachiis, aut in pectore, sed in crinibus à Deo collocatam fuisse: quod intelligamus, tunc maximam esse in homine spiritualem fortitudinem ad ipsum etiam Deum vincendum, ac vincendum, cum ipsæ cogitationes sanctæ sunt, non carnales, vel terrena. Hæ namque nullam habent vim: unde statim ac Dalila cepit contingere crines, ac eisdem clave in terram figere, tandemque ope tonforis abraderet, fortitudo defecit, ac in hostium manus Samson devenit. Hoc ipsum spirituali homini contingit, qui cum sanctas nutrit cogitationes, nec à carnali manu tangitur, habet fortitudinem ad Deum vincendum; cum verò cogitationes incipiunt fieri carnales, ac terrena, adeò debilis efficitur, ut summo ludibrio ab hostibus ligetur. Habebat jam ille bonas in corde cogitationes. Quo animi robore apparebat! Quam formidabilis videbatur inimicis! Sed post admittas carnales cogitationes, quam imbecillis! ut miserè obsecratus! ut ad molam ligatus!

**B** gamus, tunc maximam esse in homine spiritualem fortitudinem ad ipsum etiam Deum vincendum, ac vincendum, cum ipsæ cogitationes sanctæ sunt, non carnales, vel terrena. Hæ namque nullam habent vim: unde statim ac Dalila cepit contingere crines, ac eisdem clave in terram figere, tandemque ope tonforis abraderet, fortitudo defecit, ac in hostium manus Samson devenit. Hoc ipsum spirituali homini contingit, qui cum sanctas nutrit cogitationes, nec à carnali manu tangitur, habet fortitudinem ad Deum vincendum; cum verò cogitationes incipiunt fieri carnales, ac terrena, adeò debilis efficitur, ut summo ludibrio ab hostibus ligetur. Habebat jam ille bonas in corde cogitationes. Quo animi robore apparebat! Quam formidabilis videbatur inimicis! Sed post admittas carnales cogitationes, quam imbecillis! ut miserè obsecratus! ut ad molam ligatus!

**C** sum spirituali homini contingit, qui cum sanctas nutrit cogitationes, nec à carnali manu tangitur, habet fortitudinem ad Deum vincendum; cum verò cogitationes incipiunt fieri carnales, ac terrena, adeò debilis efficitur, ut summo ludibrio ab hostibus ligetur. Habebat jam ille bonas in corde cogitationes. Quo animi robore apparebat! Quam formidabilis videbatur inimicis! Sed post admittas carnales cogitationes, quam imbecillis! ut miserè obsecratus! ut ad molam ligatus!

*Ferrum (vel capillum solius propositi recidens) non ascendit super caput meum. In his (capillis) est, inquit, maxima fortitudo mea, in custodia scilicet propositorum, quæ mox ut perdidit, perit.*

Præcipua Nazaræi sanctificatio in cæsariæ nutritione sita erat. *Consecratio Dei super caput ejus, sanctus eris crescente casarie capitis ejus; hoc est, nutriet comam capitis, mentem scilicet non habebit nudam, sed divinis cogitationibus compram, sanctarumque meditationum floribus germinantem. Hic verus Nazaræus est, Deo charus: ô quam hic Deum ligat! &c.*

*Emissa similitudo manus apprehendit me in circumo capitis mei, & elevavit me spiritus*

H ritus

ritus inter terram, & calum. Reverà sancta cogitatio à terra hominem elevat, ac suspendit: quòd si in cælo jam cum non constituit per fruitionem; ponit tamen per desiderium. juxta illud Apóst. *Nostri conversatio in calis est.*

Phil. 3.

Cogitationis  
bona efficietas

Dan. 41.

Cogitationes  
nostras bonas  
avide arripit  
unt Angeli.

Ubi notandum, Prophetam fuisse apprehensum in cincinnis capitis: quia nimirum bona cogitatio nos sublevar, & unicum bonum desiderium nos elevat. Dixit Angelus Habacuc, ut prandium in Babylonem, & in lacum ad Danielem deferret, cui ille: *Nec Babylonem vidi, nec lacum novi.* q. d. si scirem viam, quæ ducit in Babylonem, & si lacum noscerem, libenter irem. Mox Angelus hoc bono desiderio (in cincinnis capitis) eum apprehendit, & ad Dei Prophetam detulit. Ut mox accipit bonum desiderium! ut mox Angelus ansam oblatam arripit! & quàm vim habet vel sola bona cogitatio, ut tale pondus sustineat! Væ his, qui nec solam bonam cogitationem in corde nutriunt.

*Quantum laboret Diabolus, ut  
mox subortas in corde bo-  
nas cogitationes  
evellat.*

## PVNCTVM XVI.

Math. 13.

Luc. 8.

Orig. hom. 8. in  
lib. Iud. Hebr.  
Cogitationibus  
bonis perinsens  
dæmones.

Iud. 9.

**V**enis Diabolus, & tollit verbum de corde. Mox ut semen sanctæ alicujus cogitationis subortum videt, totis viribus, animiq; conatu enititur, ut de corde tollat, eradicet.

Observat Orig. Madianitas, per quos pestiferi spiritus adumbrantur, in valle Jezraël, hoc est, seminis Dei castra posuisse, castrametantur enim infernales Spiritus circa enascentes bonas cogitationes, ut mox subortas diripiant.

Cùmque servisset Israël, ascendebat Madian, & Amalec. & apud eos figentes tentoria, sicut erant in verbis, cuncta vosta-

**A**bant, nihil omnino ad vitam pertinet relinquentes, & instar locustarum universa complebant.

Ut in promptu sunt aves Inferni, ut canistrum in capite positum verbi Dei, sanctarumque cogitationum pane refertum abripiant?

Hinc quidam dicuntur esse veluti spiritus præcursores, quorum munus hoc solum est, ut evigilanti homini statim adsint, & frugum nascentes in corde primitias, tam Deo charas, tam Deo debitas, tantoperè requisitas diripiant, ac statim occupent. Ut summo mane, summâ attentione, ac vigilantia, qui nunquam dormiunt, præcurrere, & mille distractionibus mentem occupare, primumque locum tenere conantur!

*Anticipaverunt vigilias oculi mei.* D. Augustin. legit: *Anticipaverunt vigilias omnes inimici mei;* quod ipse de vigilia Dæmonum nos tentantium intelligit: quasi dicat, non expectant lucem, sed ipsa tenebris involuti, cum expergiscor, statim adsunt, ut inutilibus, ac noxiis cogitationibus in mentem intrent, ut obtinam aliquam bonam cogitationem abigant.

Sic Ambros. ad illa verba: *Præven- runt oculi mei ad te dilectulo.* An nescis, quòd primitias tui cordis, ac vocis quotidie Deo debes? Quotidiana tibi mensis, quotidianus est fructus. D. Bonavent. Item cùm evigilas, statim omnes cogitationes tuas abjice de corde tuo, & offer Deo primitias cogitationum tuarum.

**E** De bonis cogitationibus, ac propositis opere exequendis.

## PVNCTVM XVII.

**S**ed advertendum est, Deum non delectari bonis tantummodò cogitationibus,

Gen. 40.

Clim. grad. 21.  
Dæmones præ-  
cursores quinquã.

Psal. 76.

D. Aug. ibid.

Psal. 118.

D. Ambr. ibid.  
serm. 19.D. Bon. in in-  
for. Novit. p. 4.

c. 4.

Cogitationes  
opere destitutæ  
non amant Deum

nibus, cum istiusmodi cogitationes possint, ac debeant conjungi bonis, ac efficacibus desideriis opere exequendi eandem bonas cogitationes.

Dan. 10.

*Vir desideriorum*, mox super articulos manuum erectus. Ut cunctis detur intelligi, manuum opera subsequi debere desiderium mentis: & hoc dicit verbum illud, Vir, id est, homo potens, & efficax desideriorum.

2. Reg. 18. Hebr.

Absalom, *Pax patris*. O bonam cogitationem, sed nunquam ad executionem perductam! Quid mirum, (ut ad metaphoram capillorum revertamur,) quod suis aureis capillis suspensus confusus sit?

Judith 13.

Coma bonarum cogitationum ad opus non perductarum majoris condemnationis occasionem præbebit. Judith tenuit comam Holophernis, & in pœnam caput illius abscidit, ut & Jachel alterius caput in terrâ defixit. Fieri nequit, ut hi bonam aliquam cogitationem non habuerint: sed quoniam hæc bonas cogitationes nunquam in opus exierunt, propterea majoris damnationis ansam dederunt.

Judic. 5. Demones videt languentis voluntatis otiosa desideria.

Ut infernales hostes irrident quorundam inefficaces velleitates! Samsoni quondam abradi fuerunt capilli, quo facto ejus fortitudo defecit, tunc tamen Philisthæi lætati non sunt, nec convivati, sed ubi capilli ejus renasci cœperunt. Tunc ait Scriptura: *Principes Philisthæorum convenerunt in unum, ut immolarent hostias, & epularentur, dicentes: Tradidit Deus noster adversarium nostrum in manus nostras.* Videntur debuisse magis lætari, cum abradi fuerunt capilli, quam cum renasci cœperunt, quia capillis abradis fortitudo defecit. Nosti, quæ tunc, non autem prius fuerit lætitiæ causa? Quia semper timuerunt, ne crescentibus capillis fortitudo pristina rediret, quâ magnam populi stragem ederet, sed ubi viderunt capillos jam renatos, nec se tamen loco movisse, sibi ipsis certe persuaserunt, nihil ab eo mali in posterum passuros, unde convivia instruxerunt, lætati que sunt. Sic non lætatur Diabolus, cum quis per peccatum spirituales amittit fortitudi-

Samsonis capilli recrescentes celebrati convivio, non abradi. Curt.

nem, quoniam timet, ne capilli alicujus bonæ cogitationis, bonique desiderii iterum excrescant, per quos pristina redeat fortitudo: Cum autem excrescentibus iterum capillis cernit hominem non moveri ad operandum, educti jam bonis desideriis, nec unicum ponere gressum, ut ea executioni mandet, tunc lætatur, tunc omnem animi metum abstergere incipit.

**A** nem, quoniam timet, ne capilli alicujus bonæ cogitationis, bonique desiderii iterum excrescant, per quos pristina redeat fortitudo: Cum autem excrescentibus iterum capillis cernit hominem non moveri ad operandum, educti jam bonis desideriis, nec unicum ponere gressum, ut ea executioni mandet, tunc lætatur, tunc omnem animi metum abstergere incipit.

**B** Proponit ille, statim ac ex infirmitate convaluerit, adire Confessarium, venerationem mutare, atque cum Ezechia: *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Domine, salvum me fac (ex istâ infirmitate) & psalmos vestros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini*, hoc est, studio me orationis dicabo, Oratorium adibo, frequens omnibus illis exercitiis intereo. Optimum quidem mentis propositum, & homine

Isa. 38.

Malè habentium infirmitatis proposita.

**C** Christiano dignum, sed quid? Convalescit, & ecce nunciî Babylonici, pristini amici, quibus ostendit thesauros, bonas hæc cogitationes, quas dum illi non approbant, à mente convalescentis diripiunt, nec multo post, eum in Babyloniam perducunt. Ubi nunc proposita? Si ex istâ infirmitate convalueris, hæc, & illa faciam. En è cubili surrexisti, in domo egredi cœpisti, sed ut Confessarium convenias, nec passum effers. Nunc infernales hostes lætatur, nunc credunt, quod ex eorum manibus non evades, quod in Babyloniam te ducent, ad pristinam molam te constituent.

**D** O quam debiles nonnulli! O quam parvâ præditi fortitudine, ac valore ad exequenda ea proposita, ac desideria, quæ animo conceperunt! Venerunt filii usque ad partum, & virtus non erat pariendi. Opus conceptum moritur in ventre bonæ cogitationis.

Isa. 38.

**E** Nescio quo spiritu isti conceperint, an à spiritu carnis, an ab aliquo timore mundano. Certè non à spiritu principali, vel ut transfert Hieron. à spiritu potenti, ut dicant: *A timore tuo, Domine, in utero concepimus, & peperimus spiritum.* Non sunt Dei percussi timore, ut veluti cervæ membranulas rumpant, & colligaturas

Psal. 50. Hieron. ex Hebr. Isa. 26. Psal. 28.

exolvant, & pariant, sed conceperunt aliquo inani timore, qui minus sufficiens est exolvere. & in lucem partem edere, unde conceptum in ventre retinent, cum evidenti ejusdem matris, hoc est, bonæ cogitationis, vitæ discrimine.

Prov. 21.

Hebr.

Jansen.

Desideria quomodo pigrum occidant.

Desideria occidunt pigrum. Hebr. Desiderium pigri interficit eum. Jansenius: Quia in suis desideriis morietur, eumque ad mortem usque perducunt, quod utin corporaliter pigris accidere videmus, ita similiter in spiritualiter pigris, qui cum salutem desiderant, & tamen labores bonorum operum subire detrectant, desiderando, & nihil præterea agendo, incidunt in mortem animæ, & tandem etiam in mortem æternam.

Cic. l. 4. epist. ad Attic.

O debilia desideria! ô velleitates, non voluntates! Non quadrat his, quod olim Caesar dicebat de Bruto: Magni refert, quid hic velit: quicquid enim vult, valde vult, hoc est, quicquid cupiebat, incredibili quodam animi ardore cupiebat, nec priusquam id assequeretur, conquiescebat. Hunc Bruti affectum quam plurimi quidem in rebus fluxis, ac perituris habent. Nullis enim verbis exprimi potest, quantæ earum cupiditate ardeant, quamque nihil prorsus omittant, quo suorum votorum compotes fiant: At in salutis negotio, atque æternarum rerum desiderio non sic; quod enim volunt (nemo enim usque ad eum demens est, ut salutem nolit) molliter, frigidè, languidè volunt.

Exod. 32.

Decreverunt filii Israël sibi idolum facere, ut circa illud saltarent &c. Tanto id animi ardore petierunt, ut Aaron in aures postularit: Tollite in aures aureas de uxorum, filiorumque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. Quid sibi, queso, voluit Aaron? Theod. ait, hac postulatione eos divertere credidisse: Avaræ etenim sunt mulieres, & ornatus studiosissimæ; ideo postulavit, quod se nunquam ac cepturum ab eis credit. Sed vicit, ait Theod. earum improbitas, & præpostera liberalitas, alias avarissimarum. Vanitati certè dilectissimam opposuit vanitatem. Tollite in aures. Hebr. frangitur in aures, quasi dicat

Hebr.

nunquam suis manibus frangent; & tamen fregerunt.

Decreverunt & illi turrim facere, cuius culmen pertingeret ad cælum, ut nomen suum concelebrarent. *Defendamus*, inquit Deus, *quia ceperunt edificare, nec desistent, donec opere compleant.* Mirum, ab opere, à quo mille de causis, sumptuum videlicet, laboris, periculi, &c. desistere debebant, *nec desistent*, inquit Deus, *donec opere compleant.* Pari ratione obstinatissimam voluntate volunt nonnulli, quicquid volunt, nec ob ingentes sumptus, nec ob immensos labores terrentur: Sed cavete, ne his ullam piti operis occasionem præbeatis. O quam in hoc subito fatigantur! ô quam miserè coarctantur! Si altare solum restaurandum est, ceptum opere non complet. O frigidam voluntatem! &c.

Vult, & non vult piger. Hebr. Desiderat, *Prov. 15. & non anima ejus piger*, hoc est, non ex

tota anima, sed ex desiderio veluti inanimato, & mortuo. D. Hieronym. sic interpretatur, & non anima ejus, id est, desiderat piger, sed mox id ipsum non placet animæ ejus. Arundo, vult disciplinam: venit semel, nec placet amplius: vult Sacramenta, accedit semel, nec amplius, &c. Vult, & non vult: vult quidem bonum, sed cum attendit laborem pro illo assequendo subeundum, non amplius vult. O quam verum! Vult homo piger regnare cum Christo, sed non vult pati pro Christo: vult præmia æterna, quæ promittuntur, non autem certamina, quæ jubentur. Vult, & non vult. Hæc vult, illa non vult; unde totus est in desideriis. *In desideriis est omnis otiosus*, aut cum

Sept. *otiosus totus in desideriis.* Sed hæc desideria sunt quædam velleitates, non fortes, ac determinatæ voluntates. A qui velle nihil prodest, si fortitudo, animique firmitas deest: neque enim velle dicendus est, qui ita aliquid vult, ut in eum desidia torpeat; nec ad id, quod velle se profiteretur ad piscendum, nervos omnes ullo modo contendat. In hoc velleitatis gradu erat August. adhuc adolescens, ac vitiorum illecebris immersus, dum à Deo castitatem ad hunc modum

D. August. & Conf. c. 8.

modum

modum petebat: Da mihi castitatem, & continentiam, sed non modò. Volebat scilicet, & non volebat: timebat, ne concupisceretur morbo quamprimum liberaretur, quam expleri malebat, quam extingui.

Matth. 11.

O quot Augustino perfimiles, qui volunt, & non volunt: Herodes, qui Joannem in carcerem cõjecerat, libenter eum audiebat, bona desideria concipiebat, sed quando Joannes, quæ prædicat, omni prorsus abjectâ morâ, ab eo perfici capiebat, nihil fibat. O miserum, qui Joannem in carcerem posuit, nec se ipsum à vinculis, quibus confixus erat, novat liberare!

Act. 24.

Afundines vento agitatæ. In Actis Ap. st. 1. Felix ille cum suâ Drusillâ semper læci adjuncta, & ipse libenter Paulum audiebat, quia aliquando ad Apostoli tonitrua jam jam novam vitam pariturus erat: qui tamen dum plenè non voluit, ab illâ Drusillâ avelli non potuit, totus contremuit, & tamen ab eâ Drusillâ avulsus non est. *Disputante autem illo de castitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix respondit: Quod nunc attinet, vade, tempore autem opportuno accersam te.* O si tunc audivisset! ò si tunc membranas rupisset, & colligaturas exolvisset! ò si novam vitam peperisset! ò si plenâ voluntate dixisset: Volo, &c.

D. Greg. Naz. orat. de Basil.

Hi, qui huiusmodi velleitates habent, valde aptè à S. Greg. Nazianzen. comparantur hominum torpedine laborantium incessui. Ut enim illi moventur quidem, sed progredi nequeunt, moventur motu trepidationis, sed parum, aut nihil motu progressivo: Sic qui ita volunt, duntaxat volunt, nec in salutis negotio progressum ullum faciunt. Contra, qui ferid, ac fortiter salutem volunt, qui virtutem, ac perfectionem cupiunt, ita ad voluntam em studium, & ipsum opus pro viribus adiungunt.

D. Aug. sup.

Istud perveire ad opus, & executionem, efficacis esse voluntatis, optime inquit August. Non solum ire, verum etiam pervenire illuc, nihil aliud erat quàm velle ire, sed velle fortiter, & integrè, non semisauciam hac, atque illac versare.

A & jactare voluntatem, partem assurgentem cum aliâ parte cadente luctantem. Hoc idem ferè alibi, dum causam assurgens, cur animus ad bonum tardus, ac segnis est: quia, inquit, non plenè, neque ex toto vult; nec plenè volebam, nec plenè nolabam, ideo mecum contendebam, & dissipabar à me ipso.

Dedit Dominus Caleb fortitudinem, & usque ad senectutem permansit illi virtus. O quam pauci hanc fortitudinem habent! Caleb quasi omne cor, vel quasi viride. Pauci sunt, qui velint ex omni corde, sed ex medio corde, quamplurimi: & ideo statim eis fortitudo deficit, & non pervenit usque ad consummationem operis.

Et erit fortitudo vestra, ut favilla super pe, &c. Et requiescet super eum spiritus fortitudinis.

Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate.

Ut fortis David: Turavi, & statui custodire iudicia iustitia tua (propositum animi constans, ac juratum.) Non sic impius, non sic, sed tanquam pulvis, quem projicit ventus à facie terra, sicut veluti pulvis, qui ad omnem ventum per aërem fertur.

Sunt veluti folium ad ventum: Cecidimus quasi folium univ. h. e. stante quocumque tentationis vento, cecidimus. Sed arbor justus secus decursus aquarum fructum suum dat in tempore suo, & filium ejus non defluet: hoc est, bona proposita non sic facile cadunt, quin vireant folia, consistant flores, & videntur fructus.

Huc pervenit mystica Cantic. vinea: Videamus, si vinea floruit si flores fructus pariturum. Ubi Greg. Florent vinea, cum mentes fidelium bona opera proponunt, sed fructus non pariunt, si ab eo, quod proposuerint, infirmantur. Non ergo intendum est, si vinea floreat, sed si flores ad partem fructuum convalescant.

Idem alibi: Omnis iniquus prius in cogitationibus arescit, & postea in bonis actibus deficit: unde qui fructus iam vult habere mentem, curet, ne in cogitationibus arescat.

Noluit intelligere, ut bene ageret. Hieron. H 3 Ces Psal. 35.



Cessavit cogitare benefacere. Arefactus est in cogitationibus, actum est. Caieb, quasi viride. Tale semper debet esse propositum mentis, ut ad executionis fructum pervenire possit.

Hebr.

Matt. 7. Cajet. ibid.

Gen. 39.

D. Chryf. ibid.

Iosephus Aegypti per se verans castitas.

Ruper. ibid. D. Ephrem. ser. de laud. S. Ioseph. Patr.

Gloss. Interl.

Isal. 44.

Folium arefactum, arundo agitata, pulvis, arena, sunt homines inconstantes non bene radicati, fundati, &c.

Sunt hi veluti domus illa supra arenam fundata, quae ex pluvia, ventis tentationum corrui, non sunt fundati supra petram, &c.

Ut bene fundatus, ut stabilis Ioseph! Iniecit domina sua oculos in Ioseph, &c. dormi mecum, &c. Et huiusmodi verbis per singulos dies mulier molesta erat adolescenti. O tentationem gravissimam, huiusmodi verbis, sic nimis efficaciter ad luxuriam provocantibus! Mulier, quae rogatur, rogat, nullo servato verecundiae termino, non sollicitatur, sed ipsa sollicitat. Non accipit in mentem, inquit Chryf. quoddam haberetur domina, non quoddam ille erat, servus; sed a formositate capta, & diabolico incendio in juvenem insilite tentat. Per singulos dies, nullo intermissio die. Alii: Et factum est secundum hunc diem, post revolutam scilicet hebdomadam, vel lapsam annum, ut eo die, quo coepit tentare animum juvenis, eo quoque altera hebdomada, vel sequenti anno pergeret, ac conaretur illum evincere, quibus possederit ille cebris. Molesta erat, importune instabat, lacrymis, suspiriis, amplissimis pollicitationibus, ut Ruper. ait, obsecrabat, nullis omnino sumptibus pareens, ut inquit Ephrem, singulis horis mutabat amictum, & hanc variam scenam adhibebat. At cuinam? decepto? Adolescenti, non obligato, non frigido, sed adolescenti sanguineo; huiusmodi verbis: Per singulos dies mulier molesta erat adolescenti. Sic incentiva libidinum, ut hic ait Interlin. frequenter impetunt castitatem. Ad haec tamen lapis ille adamantinus, inquit Ephrem, & animo, & corpore inviolabilis persistit, atque in tantam procellam immobilis manet.

Ut bene fundatus, ut stabilis Ioseph! Iniecit domina sua oculos in Ioseph, &c. dormi mecum, &c. Et huiusmodi verbis per singulos dies mulier molesta erat adolescenti. O tentationem gravissimam, huiusmodi verbis, sic nimis efficaciter ad luxuriam provocantibus! Mulier, quae rogatur, rogat, nullo servato verecundiae termino, non sollicitatur, sed ipsa sollicitat. Non accipit in mentem, inquit Chryf. quoddam haberetur domina, non quoddam ille erat, servus; sed a formositate capta, & diabolico incendio in juvenem insilite tentat. Per singulos dies, nullo intermissio die. Alii: Et factum est secundum hunc diem, post revolutam scilicet hebdomadam, vel lapsam annum, ut eo die, quo coepit tentare animum juvenis, eo quoque altera hebdomada, vel sequenti anno pergeret, ac conaretur illum evincere, quibus possederit ille cebris. Molesta erat, importune instabat, lacrymis, suspiriis, amplissimis pollicitationibus, ut Ruper. ait, obsecrabat, nullis omnino sumptibus pareens, ut inquit Ephrem, singulis horis mutabat amictum, & hanc variam scenam adhibebat. At cuinam? decepto? Adolescenti, non obligato, non frigido, sed adolescenti sanguineo; huiusmodi verbis: Per singulos dies mulier molesta erat adolescenti. Sic incentiva libidinum, ut hic ait Interlin. frequenter impetunt castitatem. Ad haec tamen lapis ille adamantinus, inquit Ephrem, & animo, & corpore inviolabilis persistit, atque in tantam procellam immobilis manet.

O quam verum illud! Qui confidit in Domino, sicut mons Sion, non commovebitur

in aeternum. Chryfost. Est immutabilis in aeternum.

Hi sunt petrae immotae in propositis iam factis, petrae supra petram fundatae. Chryf. ex

Grac. Conserva me, Domine, quoniam speravi in te, &c. Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum, in super & usque ad noctem (gravissima tentationis) increpaverunt me venes mei. Camp. Laudabo Dominum, qui in omnibus a consiliis mihi fuit, quin in noctibus medius erudiebant me venes, & immissa mihi a Domino cogitationes (castitatis, puritatis, timoris Dei.) Providebam Dominum in conspectu meo semper, &c. Non derelinquit animam meam in (hoc) Inferno, nec dabit Sanctum tuum videtur corruptionem. Ut verè fundatus! Non erat arundo, sed columna. Sic Sept. hic Psalmo titulum faciat: Descriptio columna, &c.

Valcant inconstantes, valeant arundines, valeant qui volunt, & non volunt.

Audi in sanctis institutis, ac propositis adamantinam firmitatem, & constantiam Basilii, quam hi verbis describit frater eius Gregor. in Vita: Placuerat, inquit, ab initio nihil possidere, & pauperem esse: tanquam petra immota, stabile, ac firmum id iudicium fuit, concupiscebatur per puritatem appropinquare Deo: mons erat hae cupiditas, non arundo.

Voluntas est pulsus animae: pulsus tange, & nosti an quis debilis, sanus, vel fortis sit. Fortis voluntas, signum optimae animae valetudinis, debilis, vacillans, interpolata, malae valetudinis. Habet ille firmam valetudinem millies potius moriendi, quam venialiter peccandi. O quam hic procul abest ab infirmitate! Alius vult, & non vult: non vult peccatum, sed vult occasionem: non vult mortale, sed vult veniale: levia sunt ista, non curo corrigere, &c. apud D. Bernard. signum videlicet febricitantis animae in lethale febrem panlatim labentis; febris enim vel modica, dum aliter augetur, fit stabilis, roboratur, ac tandem ad interitum ducit.

Voluntas est pulsus animae: pulsus tange, & nosti an quis debilis, sanus, vel fortis sit. Fortis voluntas, signum optimae animae valetudinis, debilis, vacillans, interpolata, malae valetudinis. Habet ille firmam valetudinem millies potius moriendi, quam venialiter peccandi. O quam hic procul abest ab infirmitate! Alius vult, & non vult: non vult peccatum, sed vult occasionem: non vult mortale, sed vult veniale: levia sunt ista, non curo corrigere, &c. apud D. Bernard. signum videlicet febricitantis animae in lethale febrem panlatim labentis; febris enim vel modica, dum aliter augetur, fit stabilis, roboratur, ac tandem ad interitum ducit.

Voluntas corvi illius, qui dimissus ab Arcâ, Egrediebatur, & non revertebatur, vel cum Cajetan. ex Hebr. Exibat eundo,

Chryf. ex Grac.

Camp. in Paraph.

Sept.

Nican in Vita Basilii. S. Basilii bonorum propositorum tenax.

Voluntas est pulsus animae.

D. Bern. in ser. 2. in Convets. S. Pauli.

Gen. 8. Cajet.

endo, & non vedendo; volitans nimirum A circa arcam, & non ingrediens aliquando, timens ne libertatem perderet, ingredi vovisset, sed timebat, volebat, & non volebat, donec volens, nolens, submersus est. &c.

Apostol. *Statim ac placuit ei, qui segregavit me ex utero matris meae, &c. continuo non acquiri carni, & sanguini. Græcè, non adhi ui consilium cum carne, & sanguine.* Hebr. eodem sensu: *Non consului carnem, & sanguinem, sed, &c.*

*Anima mea conturbata est propter quadrigas Aminadab.* Hic, juxta quorundam Patrum sententiam, primus fuit qui tunc veluti Princeps Tribus Juda, in mare apertum se coniecit Hebr. *Anima mea posuit me quadrigas Principis populi mei.* Sept. *Posuit me currus Animadab, qui interpretatur spontaneus.* Hi, hi placent Deo: hi terrorem Inferno incutiunt, qui firmam habent voluntatem, qui proposita intrepidè exequuntur.

Et ob id regiam fecit Dominus ipsammet Tribum Juda, inquitur Cajet. in. & Genebr. ob id eam donavit septro, quod aperto mari, cæteris ingredi cunctantibus, nec Moysen, & Aaronem sequentibus, Tribus Juda confidenter ingressus sit, primaque Deum sanctificaverit, quod innuit Psaltes: *In exitu Israël de Aegypto, domus Jacob de populo barbaro, facta est Iudæa.* Hebr. *Iudæa, sanctificatio ejus.* Et in Genes. *Non auferetur sceptrum de Iudæa, & dux de femore ejus, &c.* Ut intelligas, scepro, coronaque cælesti facillè coronandos, qui proposita bona fortiter, ac firmiter exequuntur. O felices! &c.

Væ autem non exequentibus. Audi, & contremisce. In Chronicis Cisterciensium. Vir vitæ venerabilis, Joannes Episcopus, qui de Ordine Cisterciensi assumptus Valentiam satis strenuè rexit Ecclesiam, dum adhuc esset sæcularis, proposuit in animo suo vanitatem sæculi abjicere, & habitu Religionis accepto, servire Domino in Ordine, & in Domo Cisterciensi, Cùmque hoc, quod salubriter proposuerat, per negligentiam differret, cœpit paulatim in mente ipsius

feror ille bonæ intentionis tepescere, Interim verò profectus est ad Sanctum Jacobum, orationis, devotionisque gratiâ. Qui cùm ab illâ peregrinatione regressus fuisset domum suam, eadem nocte apparuit ei per visionem Dominus Jesus Christus, cum Beatis Apostolis suis Petro, & Jacobo. Porro Beatus Jacobus habebat librum quendam pulcherrimum, quem & apertum coram Domino tenebat, in quo ejusdem nomen Clerici erat conscriptum. Et ait Dominus ad Sanctum Petrum: *Dele nomen ejus de libro meo, quoniam resiliit à proposito suo.* Accedens autem Beatus Jacobus ad Dominum ait: *Obsecro, Domine, parce illi, quia peregrinus meus est, jamque se ipsum corrigere festinabit.* Cùmque prædictus Clericus pavens, ac tremens hoc ipsum affirmando promitteret, Dominus ait: *Et quis me inde securum faciet?* Respondit Beatus Jacobus: *Domine, ego fidejussor illius sum.* Evigilans autem idem Clericus, dum secum ista miraretur, iterum mox obdormiens, vidit eandem visionem. Cùmque Beatus Petrus supradictum librum teneret apertum coram Domino, in loco, ubi fuerat nomen Clerici exaratum, apparuit hujusmodi inscriptio:

*Muramulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.*

Transactâ verò visione, expergefatus, & gratiam Dei vocantem se toto animo secutus, relictis universis mundi vanitatibus, ad Dommum Cisterciensem festinante accessit, ibique probatus, ac fidelis inventus, monachicum habitum suscepit. In quâ etiam Domo, religione, ac sapientiâ proficiens, factus est postmodum Abbas Bonævallis. Inde verò assumptus est etiam ad Episcopatum Valentie urbis, quem per annos plurimos strenuè regens, multas ibidem adversitates pro defensione justitiæ toleravit. Attendant quæso, istud, qui boni aliquid facere proponunt, & ad effectum perducere negligunt, qui nullo se reatu constringi putant, si bonum, quod facere proposuerunt, non solvant, dummodò non totent, cùm manifestè Beatus Grego-

*Comminatio damnationis, ni illud exequeretur, quod forte erat mendium sibi præordinatum ad vitam æternam.*

Græc.

Hebr.

Sept.

Psal. 113.

Hebr.

Gen. 49.

Joan. de Assign. in Conclavi verum notab. Ord. Cist. c. 33. ex lib. qui de Exord. Ord. Cister. Spec. magnam examp. dist. 3. ex. 15.

Gregorius doceat, quia si quis in minori bono constitutus, majus aliquod bonum facere proponat, jam sibi minus illud bonum illicitum fecit, & si non solvat, quod propoiuit (quamvis in oculis hominum in minori stare videatur) jam tamen in oculis omnia tenentis Dei, a majori bono cecidit. qui non solum opus, verum etiam cogitationum, & intentionum cordis Judex venturus est. Certè iste servus Dei, de quo loquimur, nullum votum fecisse fecit, sed tamen quod simpliciter proposuerat, per negligentiam distulisse, ei tamen subtilissimus ille scrutator cordium hoc ita pensavit, ut eum de libro vitæ deleri præcepisset, nisi bonum, quod mente conceperat, quanto citius effectu mandare curasset. Hactenus ex Chronicis.

*Ioan. Junier  
Dominic. in  
scala cæli,  
Intellige de  
libro vitæ se-  
eundum quid,  
non simpliciter,  
a quo nemo ita  
conscriptus de-  
letur 1. p. q. 24.  
art. 2.*

Huic non dissimile illud narratur. Clericus quidam immundissimæ vitæ, cui in visione senex apparuit, tenens in manu librum vitæ, in quo erant scripta nomina salvandorum: & quia iste contritus Religionem intraverat, dum in libro legeret nomen suum, ita frequenter rasum invenit, quod vix idem poterat sustinere membrana. Cujus rei rationem ab Angelo sciscitatus, audivit: Proposisti pluries correctionem, & tunc erat scriptum, & resiliendo deletum, & nisi modò Religionem intrasses, damnatus fuisses.

*De reverentiâ in oratione, ejus-  
que Domo.*

PUNCTUM XVIII

2. Paral. 6.

**F**ecerat Salomon basim aneam, stetitque super eam, & deinceps flexis genibus contra universam multitudinem Israël, & palavis calum levatis, ait: Domine DEVS Israël &c. Inter haec. Basim aneam soliditas est humilitatis. In hoc firmissimo fundamento fundatur oratio, quæ cælus penetrat. Humilium, & mansuetorum tibi semper placuit de peccato: *Respexit in oratio-*

**A** nem humilium, aut, in orationem vacui, nimirum sui ipsius. Ut vacuus Publicanus à longè stans, nec oculos quidem audens levare, suamque humiliter peccatus peccatens: ut humilis! Sed Pharisæus ut se ipso plenus, apud se orans! Apud se certè orabat, qui se ipso plenus erat. Hic non stabat super basim aneam: nullâ humilitate, aut reverentiâ ante Deum erat, qui arroganter se jactabat.

**B** Ssetit Salomon super basim aneam, & palavis in calum levatis. Ubi notanda est hæc manuum elevatio in hac materiâ satis frequens: *Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Extollite manus vestras in sancta. Vole: viros orare in omni loco, levantes puras manus.* Sic Moyses oravit elevatis manibus: levare etenim manus, habitus est orantis cum reverentiâ, quasi hac manuum extensione nos Dei servos, sibi velit.

**C** ac mancipia fateamur, & in Dei manus nos ipsos dedamus. Paratus est, inquit Tertullian. ad omne supplicium ipse habitus orantis: quasi dicat orantis, præstid sum: nec te, aut plede, si vis, aut certè misere.

Contestabantur præterea Sancti Dei divinam reverentiam, dum Deum orabant tam curvo corpore, & inter genua faciem ponerent. Sic oraturus Elias posuit faciem suam inter genua sua, & pronus adorabat Dominum. Quid hæc glomeratione, nisi reverentiam signabant, quæ veluti servi, ut olim flagellis locisque ca deadi ante divinam præsentiam se ponebant? quasi dicerent: Nec te, aut plede, si vis, ad omne supplicium parati sumus. Aut potius ceu pueri in ventre matris glomerati, ut vult Aristot. & Hippocrates, præsignabant propriam vilitatem, ac miseriam. *Adolescens sum ego, & contemptus, &c.*

O quam reverenter orabat Sanctissimus hic Rex! *Adhasit pavimento anima mea. Græc. Adhasit pulveri anima mea.* Sic olim Abraham pronus in terra: *Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis, & cinis.* Mira orantium reverentia. Nostis unde? Ex conceptu Dei summæ majestatis, cui cultus latræ, Græc. adoratio summæ reverentiæ, ac timoris debetur.

Gen.